

Numeros harum ascensionum, quære quæque in area suæ tabulæ, ut
 numerum ascensionis rectæ M. C. 39.49 in tabula ascensionum rectarum 40.34.
 pro initio siue cuspide M. C. Item numerum ascensionis obliquæ undecimæ
 domus 69.49 in tabula quæ undecimæ domui debetur, & ex directo eius
 in fronte quidem signum zodiaci, in latere autem sinistro numerum gra-
 duum eiusdem signi habebis. Si autem ascensionem propositam, præci-
 se non inueneris in area tabulæ, accipe differentiam inter duas ascensiones
 in tabula expressas, quarum altera quidem proximo minor extat ascensi-
 one proposita, altera autem immediate, maior, & differentia hæc in
 tabula posita, dicit differentia tabulæ, quæ erit primus numerus & diuisor, &
 est portio uni gradui eclipticæ debita, deinde prædictam ascensionem mi-
 norem, subtrahe ab ascensione proposita, & residuum pro numero ter-
 tio teneto, secundus autem numerus semper erit 60. Duc itaq; secundum
 intertium, & productum per primum distribue, quod namq; huiuscemo-
 di diuisione partum fuerit de minutis, adijciendum erit numero graduum
 eclipticæ, ex directo ascensionis minoris inuento, & colligetur numerus
 graduum & minorum quos habet arcus eclipticæ quæsitus. Sit uerbi gra-
 tia ut supra ascensio recta M. C. 39.49, quam non reperio præcise in area ta-
 bulæ ascensionum rectarum, sed inuenio proximo minorem 39.33. & 40.34.
 ibidem in fronte signum Tauri, & in latere sinistro tabulæ 40.32. 13
 ad partem nota, proximo autem maior est 41.31. 40.32 harum ascensionum dif-
 ferentia est 59 minuta primus numerus & diuisor, minor deniq; istarum
 ascensionum scilicet 39.33. subtracta ex ascensione recta proposita, scilicet 40.32.
 38.49 relinquit 17 minuta, tertium scilicet numerum, Secundus autem
 numerus est 60 minuta, & stabunt sic iuxta regulam proportionum uul-
 gatissimam.

Differentia tabulæ	Portio uni gra. debita.	Differentia minoris asc. ad ppositam.
--------------------	-------------------------	--

m.	m.	m.
59	60	17
dant	quid dabunt	17

Duce igitur secundum, scilicet 60 in tertium, scilicet 17 & producuntur
 120. 960 minuta, quæ diuisa per primum numerum scilicet 59. minuta, elici-
 untur 17 ferè minuta adijcienda 13 gradibus Tauri supra extra notatis
 13. 2. Et proficiet cuspis M. C. 42. 16. Tauri. Sic age etiam pro cuspibus reliquo-
 rum domorum quinque, Sic inuenta initia sex domorum à medio cœli
 incipientium, reliquarum domorum principia per diametrum prædi-
 ctis opponuntur, quare & ipsa haud quaquam latebunt. Si autem am-
 pliorem doctrinam huius rei desideras, consule tabulas directionum do-
 ctissimi Ioannis de Monterejo, ubi nihil prætermisum inuenies.

X Tabula